

Eccl. 29

Michez.

Fron 2.

In opposi-

Bonauent.

Thom.

S. Dionys

Scotus.

Boetius.

Damalce.

Aristote.

Tho A

nav contra

gentil. ii.

par q. 2. ar

tic 3.

Quinaue

vis demō

strati Deū

esse.

Aristotel.

2

3

nem creatura in tempore, vt in Ecclesiastico: Ego ex ore aliusimi prodii primogenita ante omnē creaturam. ¶ Nonō, ex ordine generationis eternæ ad temporalem eiusdem filij generationem, vt ibi: Tu Bethleē ex te egredietur &c. & egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Hæc Albertus, & idem Bonauentura. Dicit autem sapientia increata: [Idem ludens] id est, deestabiliter agens, aut propter oculi contemplationis, aut propter cessationem, & quietem ab operibus sex dierum. In ludo enim est delectatio, & quietes ludæaris.

Q V A E S T I O I.

Primo queritur circa distinctionem istam, An sit tantum vnus verus Deus. ¶ Videtur quod nō quia singulare & plurale idem designant, sed hoc nomen Deus, habet plurale, cum scriptum sit: Deus stetit in synagoga deorum. Secundo, Deus est summum bonum, sed melius est esse plura summa bona. Tertiō, Deus potest plus facere, quā mens humana possit concipere, sed mens humana concipere potest esse plura bona summa, ergo Deus potest facere aliud summum bonum.

¶ In oppositum est auctoritas fidei & rationis. ¶ Ad hoc Bonauentura respondet: Impossibile est esse plures Deos. Et si recte accipitur significatum huius nominis Deus, non solum est impossibile, sed etiam in intelligibile: quia Deus dicit ens simpliciter summum, tam in re, quā in opinione cogitantis. Ideo co ab ipso, in ipso, & ad ipsum sunt omnia, & in ipso est status, ideo impossibile est intelligere, & aliquid ei participare, aliud ab ipso, saluo hoc intellectu, q̄ scilicet Deus sit tale ens.

¶ Ad idem respondet Thomas: Cum omnis multitudo procedat ab aliqua vnitāte, vt Dionysius ait, oportet vniuersitatis multitudinem ad vnum primum ceterorum omnium principium productuum reduci: quod & fides supponit, ratioque demonstrat. Hæc Thomas: Ad idem inducit Scotus multas rationes demonstratiuas subtiles.

¶ Sed non videtur huic questioni diu immorandum, cum in eius solutione Theologi, & meliores Philosophi sint concordēs. Boetius quoque, & Damascenus sic probant, quod vnus duntaxat sit Deus: quia si plures essent, aut conuenirent in omnibus, & sic in nullo ab inuicem distinguerentur, nec essent due, aut plures: aut distinguerentur in aliquo, & sic perfectio aliqua deesset vtriq̄ue, nec aliquis eorum consisteret verus Deus. & ratio ista etiam à Philosophis est inducta, atque in lib. de causis habetur. Aristoteles quoq; in diuersis locis per varia media probat, & Deum esse, & q̄ non sit nisi vnus verus Deus. Cuius argumenta Sanctus Thomas in Summa contra gentiles libro primo, cap. 13, introducit, vnde & in prima parte Summæ suę, quæstione secunda describit: Deum esse, quinque vijs demonstrat. Prima manifestior est, & sumitur ex ordine momentum, atque mobilium, in quibus non potest esse processus in infinitum, ideo oportet esse vnum primum motorem, à nullo motum, alioquin nil moueretur. Sicque 8. Physicorum probatur, quod Deus sit & vnus duntaxat. Secunda via est ex ordine causarum efficiuntium. Nisi enim esset vna prima causa efficiens à nullo effecta, nil fieri posset, cum nihil producat seipsum, nec eatur in infinitum, cum sit ordo in genere causarum. Tertia via est ex ordine possibilitatis aliter se habere, videmus nanque multa mutabilia, & corruptibilia esse: & talia quandoque non fuerunt, & tandem non erunt. Ideo ante omnia talia oportet

Arguitur contra vnitatem.

2 Psal. 81.

3

Thom.

S. Dionys

Scotus.

Boetius.

Damalce.

Aristote.

Tho A

nav contra

gentil. ii.

par q. 2. ar

tic 3.

Quinaue

vis demō

strati Deū

esse.

Aristotel.

2

3

Go quā similitudo sunt relatiua oblique & intrinsecē. Oblique dico, quia ea, quæ referuntur ad se, im portantur in obliquo, In intrinsecē dico, quoniam habent in se relationem, & etiam id, ad quod referuntur, ita q̄ non querunt determinari extra, sicut dicitur: Illi sunt similes: hoc est, iste est similis illi, & ille est similis isti. Hæc Albertus.

¶ Et concordat Bonauentura, dicendo: Imago & similitudo, prout Sanctus tradunt, dicunt hic essentiam. Importat enim imago vnitatem cum distinctione, & similitudo similiter propter intrinsecam relationem. Ideo in nomine hoc imago, & similitudo, quantum ad aliquid suę significationis, notatur vnitās essentie: & quantum ad aliquid, pluralitas personarum.

¶ Consequenter probatur pluralitas personarum in Deo, ex principio Genesis, quo habetur. [In principio creauit Deus celum & terram. Vbi per Deum intelligitur pater, per principium filius] qui in Euangelio legitur respondisse Iudæis querentibus, Tu qui es, ait: Principium, qui & loquor vobis. vt sit sensus, In principio, id est in filio seu per filium creauit Deus pater celum & terram, iuxta illud: Omnia per ipsum facta sunt. [Hæbræica veritas habet] in principio Genesis [Elohim, quod est plurale huius singularis El.] quod significat Deum, sicut; quod dicitur, In principio Elohim creauit, tantum est dicere, dii creauit, prout in textu plenius continetur.

¶ Ille etiam maximus Prophetarum & regū Dauid] qui dicitur maximus Prophetarum, & regum, id est valde magnus inter Prophetas, & reges, vel maximus ex parte modi reuelationum suarum, quoniam non imaginaria ostensione, sed analogica & purè intellectuali illustratione suas fortius est prophetias, & quoniam specialiter promissum est ei, q̄ ex se mine suo Dei filius per incarnationis mysterium nasceretur. Vnde 2. Regum loquitur de seipso dixit Dauid filius Isai, dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius pater Israel, spiritus Domini locutus est per me, sicut lux aurora mane sine nubibus rutilat &c. Deinde ponitur in textu multe auctoritates ad probandum vnitatem personarum in Deo, multoq̄ue plures possent ad idem probandum induci, quæ & alibi sunt inductæ, præsertim in Dialogo de fide Catholica. Et quod in propeborum libro increta sapientia protestatur. [Dominus possedit me] exponitur sic: Deus pater perfectè me habuit, quia increata, ac genita sapientia, Deo patri quælis est. Auctoritates quoque in litera allegatas, suis locis diligenter exposite sunt.

¶ Notandum verò quod circa hac scribit Albertus: Auctoritates ad ductæ in ista distinctione, trinitatem nouem modis probant se inuicem. ¶ Primo, ex consignificatio numeris pluralis, sicut cum dicit, Eloym vel dii. ¶ Secundo, ex proprijs nominibus personarum, sicut in Psalmo: Verbo Domini coeli firma ti sunt &c. Vbi verbum & spiritus nominantur. ¶ Tertio, ex ordine verborum, ut ibi: Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus. Quarto, à numero terminorum ad Dei præconium positurum, vt in Isai: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. ¶ Quinto, ex actu personarum, cum legitur: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. ¶ Sexto, ex proprietate personalis, vt cum dicitur ab Isai: Generationem eius quis enarrabit? Generatio quippe passiva, proprietatis personalis est filij. ¶ Septimo, per appropriata, vt ibi: Dominus possedit me ab initio viarum suarum. ¶ Octauo, ex ordine generationis eternæ ad productio-

Bonauent.

Genes. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

2. Reg. 23.

In Dialogo

art. 11. 2.

Fron 2.

Albertus.

Psal. 22.

Psal. 136.

Isai 6.

Isai 6.

Isai 6.

Isai 6.

Psal. 2.

Isai 53.

Prover. 8.